



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 108. Stephani Pignatelli Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

ter beneficia aliis præstita, & injurias sibi illatas unquam oblitus dicebatur. Petentibus, si satisfacere non poterat, non sine longa excusatione, si autem potuit, unico pene verbo se daturum aut facturum respondit; ei enim dixisse, fecisse fuit. Erat quoque Ecclesiasticæ auctoritatis vindex acerrimus: dein Bononiensi legatione per novennium functus, plures religiosorum familias amplis beneficiis cumulavit: cum autem immodicum glaciei usum faceret, & non modo potum, cibumque, sed & pharmaca sumeret frigidissima, contracto exin morbo Episcopus Albanensis, quam Ecclesiam duobus ante obitum mensibus obtinuerat, die secunda Junii anno ætatis suæ quinquagesimo quarto Romæ decessit, in Exquilino Sixti Sacello sepultus.

§. CVIII.

Stephani Pignatelli Cardinalis obitus.

Hunc pari fato in eadem urbe die duodecima Augusti sequebatur Stephanus Pignatellus patria Perusinus, qui humanioribus literis egregie imbutus, ac jurisprudentiæ scientia clarus, Scipionem Caffarellum Camili Burghesii postea Pauli V. Nepotem

Sæc. XVII.
A. C. 1623.

Sæc. XVII. præclaris officiis sibi devicit: unde e-
A. C. 1623 jusdem Scipionis opera a summo Pon-
 tifice Prælatuſ domesticus, & Proto-
 notarius Apoſtolicus renuntiatur, ac
 graviffimis Eccleſiæ negotiis præficitur;
 attamen ſicut nulla felicitas, nulla virtus
 adverſus invidiam ſatis tuta eſt, ita Ste-
 phanus quoque ſuis obſequiis Aulicorum
 æmulationem, ac æmuloꝝ invidiam
 in ſe concitabat, atque illi, qui eum o-
 lim a Scipionis Patroni ſui ſocietate
 avulſerant, ita & nunc eundem variis
 calumniis a Pontificis favore, & pro-
 xima Cardinalatus ſpe dejicere molie-
 bantur: Nihilominus ex ipſa æmuloꝝ
 obtrectatione progigni videbantur
 potentiffimi innocentiaſ vindices Car-
 dinalium, & Regionum Oratorum non
 pauci, qui Stephani merita haud di-
 gnus quam Romana Purpura compen-
 ſari poſſe propugnabant. Horum igi-
 tur opera Stephanus ad Paulo V. ad Pres-
 byterorum Cardinalium Collegium co-
 optatus, præclara Eccleſiæ præſtitit
 obſequia: mortuo autem Gregorio XV.
 cum Romam ad comitia ſacra pergeret,
 ibidem in febrim acutam incidens, an-
 no ætatis quadrageſimo quinto obiit,

§. CIX.

Jacobi Serræ Cardinalis extrema.

Ejus-